



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Geschichte der geistlichen Stiftungen, der adlichen Familien, so wie der Städte und Burgen der Mark Brandenburg

[Urkunden-Sammlung für die Orts- und spezielle Landesgeschichte]

Riedel, Adolph Friedrich

Berlin, 1847

CVII. Otto der Aeltere und Otto der Jüngere, Markgrafen von Brandenburg, schenken dem Domcapitel das Dorf Langerwisch, am 19. März 1285.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-54048](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-54048)

CVII. Otto der Aeltere und Otto der Jüngere, Markgrafen von Brandenburg, schenken dem Domcapitel das Dorf Langerwisch, am 19. März 1285.

— Nos Otto et Otto junior, dei gratia Brandenburgenses marchiones, — de consensu heredum nostrorum, ad cultum dominicum ampliandum et ad instantiam nobilis viri, domini Walteri de Barbi, ecclesie sancti Petri in clauistro Brandenburg ad usum prepositi et capituli ejusdem ecclesie proprietatem ville novi Langerwisch juxta oppidum Beliz, quam villam feodi nomine dictus nobilis dominus Walterus de Barbi hactenus a nobis possedit, damus libere et donamus cum suis terminis omnibus, distinctionibus, pacta, censu, advocatia, judicio quolibet et cum omni dominio, quod habuimus vel in posterum habere potuerimus, cum silvis et pascuis, pratis et aquarum decursibus, lingnis, mericis, piscationibus, palludibus, terris cultis pariter et incultis, viis, compitis, nemoribus et arbuftis et generaliter cum omni utilitate, proventu, usu, usufructu, melioratione et cum omni possessione propria vel communi perpetuis temporibus possidendam. Profitemur nichilominus per presentes, quod predicta ecclesia Brandenburgensis, scilicet prepositus et capitulum, feudum dicte ville Langerwisch a predicto nobili domino Waltero de Barbi pro certa pecunie summa emit et quodlibet frustum, quod provenit de eadem villa, pro octo marcis Brandenburgensis argenti emendo ab eodem Waltero comparavit percipiendum perpetue pleno jure, computatis pro fructo choro siliginis, choro ordei, talento denariorum et duobus choris avene. Ut autem predicta nostra donatio a nostris heredibus rata semper habeatur et ut predictae ecclesie et capitulo ab omni molestia et iniqua infestatione plenius caveatur, que circa dictorum bonorum et ville predictae possessionem posset exoriri a nobis vel a nostris heredibus seu subditis in futurum, omne jus, quod in eadem villa et in ipsius ville terminis nos vel nostri advocati de causa justa vel injusta, magna vel parva exercere potuerimus usque modo, predictae ecclesie et capitulo conferimus et libere relaxamus. In hujus rei evidens et lucens testimonium presens scriptum confici ac sigillorum nostrorum appensionibus justissimum roborari, presentibus testibus infra scriptis: domino Ghevehardo episcopo Brandenburgensi, domino Waltero de Barbi, domino Bartoldo preposito in Saltwedele, domino Hermanno de Carpezow, Heidenrico preposito Brandenburgensi, Petro priore ibidem, Johanne de Monkeberge, Reinekino de Tremene, Wilhelmo Scriptoro, Heinricho magno, Baldekino de Brugis civibus Brandenburgensibus, et aliis quam pluribus fide dignis. Datum Brandenburg, anno domini M^o. CC^o. LXXXV^o. XIII^o. Kal. Aprilis.

Nach dem Originale.

CVIII. Der päpstliche Legat Johann fordert auf päpstliches Geheiß von dem Clerus der Brandenburger Diöcese 150 Mark, am 25. September 1286.

Johannes, miseratione divina episcopus Tusculanus, apostolice sedis legatus, venerabili in Christo patri, dei gratia episcopo Brandenburgensi, salutem et sinceram in domino caritatem. Sanctissimus pater, dominus Honorius papa III^{us} nos ad partes Almanie commisso nobis tam in illis, quam in Boemie, Dacie ac Suecie regnis nec non Polonie, Pomeranie, Pruscie, Livonie, Cassubie ac Ruffie ducatus plene legationis officio destinavit, ac nobis recipiendi tam in absentia